Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Stultifera navis

Brant, Sebastian

Paris, 1498

Quid orandum

urn:nbn:de:bsz:31-65093

Visual Library

Quid oran dum.

Ante oratiõez prepara aiam tuam. orões eniz iuſtorum exaudiet dñs. Melior ẽ finis orõnis ꝙ prin‑cipiũ. Orandũ eſt ut ſit mens ſana i corpore ſano. Superoſ ꝙ precetur & oret Vt redeat miſeris abeat fortũa ſupbis. Scimus ãt qm̃ pctõres deus non exaudit.

Carpimꝰ hac Satyra optatus quoqꝫ/& ĩproba uota
Quę temere a ſuperis nulla ratione precamur.
Voto/homo ſępe petit. quę non intelligit ipſe.
Sed quę triſtia ſint diſcrimina forte datura.
Adſit in exemplum Midas rex:ſupplice uoto
Qui temere optabat ꝙ quicquid tangeret aurum
Eſſet:& hinc ſtolidę damnoſa optatio mentis
Huic fuit ad pęnam. nam panis uerſus in aurum

Eccle. x Viii.
puer. x V.
Eccľiaſt. Vii.
Lucę. xx. in fi.
Ioh. ix.
Midas Rex phrygum.
Ouid. meth. xi
Perſius. i. ſa.

Atq; merum fuerat: ſic uoti damna luebat:
Auriculas aſini fatua ut ceruice referret.
pue.x Vii. Multi diuitias optant/cenſuſq; ſuperbos:
Et manibus quatiũt: Iouis atq; impellere tentant
Aures: nũmorũ ut magnum concędat aceruum.
Sapie. Viii O male uouentes: funeſta pecunia multos
Ad miſeros caſus: & triſtia fata retruſit.
Lycinus Quid lycini proſunt ędes: quid iugera campi?
Craſſus Quid Craſſi cenſus? quid Croeſi maxima gaza?
Creſus Non fauſtum nacti finem: non funera recta.
Poſcit opem neruis quidam/longãq; ſenectam:
Iuuenalis. Poſcit & in longis opulentus uiuere ſęclis:
Quem tamen aſſiduę crapulę/tucetaq; craſſa
Debilitant: neruoſq; terit laſciua uoluptas.
Ãd hebre. In poenam multis fuit olim annoſa ſenectus
Viii. In qua ſollicito ſudamus ſępe dolore.
pue.x Vii. Peleus: & Neſtor uiuax: Itacuſq; Laertes:
Peleus Queſti ſunt ſeram nimium tardamq; ſenectam.
Neſtor Accedunt ſenibus quandoq; incõmoda multa.
Laertes Tum trahit ad uotum quoſdam mundana poteſtas
Horatius Exitiumq; quę ſępe parit/moeſtamq; ruinam.
in arte. Exoptant alii formoſos corporis artus:
Sapien. V. Atq; animę iccirco perdunt plęrumq; ſalutem.
Eccle. xi. Optandum eſt/ut ſit mens ſana in corpore ſano
Iuuenalis. Et bona fama: fides: & morum uita bonorum:
Et ſedeat uirtus in caſto pectore fulgens.

De inutili ſtudio.

Qui ſtudium exercet uanum: ſteriléq; palęſtram:
Et fruſtra ſtudii tempora coepta terit:
Ad partes ſatyrę ueniat/ſtultaſq; cohortes:
Vt uideat quid ſit perdidiciſſe nihil.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg